UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Primvm Codicis Praelectiones / Annotarunt, Alexander Imol. Celsus, Barbatias, Philippus Decius. Matthævs Antonianvs Recensvi

**Baldus**

**Lugduni, M.D.LXI.**

Procuratoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96035

Visual Library

licet aliquis ſit tormentatus, ſi poſtea abſoluitur ex poſtfacto, apparet ꝙ fuit innocens. ¶ No. bene glo. quia facit contra iudices qui ſunt faciles ad tormenta, ⁊ poſtea abſoluunt.

1 ☞ Uxor non cogitur plorare propter mortem mariti, nec veſtiri habitu nigro ſi non vult.

2 Uidua an poſſit hodie nubere intra annum ſine periculo infamie.

¶ Lex quindecima.

**Decreto.** Habitus nõ facit viduam, ſed pudicitia vidualis, quã violans intra annum luctus, efficitur infamis. h. d. vel ſic: Non ſeruare luctũ in habitu, non infamat, ſecus ſi feſtinanter nubat. h. d. ¶ † Not. ꝙ vxor non

1 a cogitur plorare [a] de morte mariti, nec induere habitũ nigrum, ſi nõ vult. Unde proprie viduitas nõ ſtat in lachrymis, nec in habitu. ¶ Secũdo no. ꝙ nõ põt intra annũ nubere. Unde proprie viduitas ſtat in cõtinentia viduali, ⁊ eſt ar. ad teſtamenta, in quibus dicitur quãdiu vitam ſeruauerit vidualem. Unde illa eſt vere vidua [b], que ſeruat vitã viduale: nec

b

2 curamus de aliis exterioribus ſignis. ¶ † Querit glo. nũquid hodie ſit

c licitum intra annũ nubere [c] ſine pena infamie. videt ꝙ ſic, per dictũ apoſtoli: mortuo viro, nubat in domino. Si. dicit contrariũ, non enim punit quia nubit: ſed quia inhoneſte, ⁊ nimis feſtinanter nubit. Unde non punit factum, ſed facti qualitas, nec damnat matrimonium, ſed nimia celeritas. Contrariũ tenet gl. in. l. ij. ℂ. de ſecun. nup. nã ius ciuile circa matrimoniũ nõ põt imponere penã cõtra apoſtolum, facit qd not. in. c. ſtatutis. de here. lib. vj. in nouel. Nõ enim ptinet matrimoniũ ad ius fori ſecularis. Ergo nec pena: quia cui nõ cõpetit principale: non cõpetit acceſſoriũ, nec pena illius. ar. ff. ad. l. fal. l. Seius ⁊ augerius. Ego vidi cõſiliũ Ray. de fori. ⁊ Pau. de lia. q diſtinguũt: Aut tẽpore quo nubit poterat eſſe periculum perturbationis ſanguinis: tũc ſit infamis. Aut nõ poterat eſſe periculũ:

d tũc non eſt infamis. Eſt autẽ certũ poſt mẽſes tres, vel quatuor [d], a morte mariti ꝙ nõ põt eſſe iſtud periculũ. Item nec in muliere ſene, vel ſterili. Item nec in ea cuius marit⁹ deceſſit vltra mare: vt. l. ſiliũ diffinim⁹. de his q ſunt ſui vel alie. iur. ¶ † Inno. dicit ꝙ pene feſtinãtie ſublate ſunt

3 de iure canonico. Sed pene que ſunt impoſite nomine ⁊ fauore filiorum primi matrimoniĳ non ſunt ſublate: vt in. c. pe. ⁊ fi. de ſecund. nupt. per Inno. Idem tenet Hoſt. facit extra de appel. c. ex parte. Bal.

¶ Lex decimaſexta.

**Fuſtibus ceſum.** Ictus fuſtiũ ex interlocutoria lata cauſa cognita infamat. h. d. In tex. per preconem. Iſte modus ſeruatur Florentie: quia ſemper pco vadit ãn cõdẽnatos miſeros, ⁊ illa ꝓpter ex horrida vox preconis, dic vt. ff. eo. l. Ictus fuſtium. Bald.

¶ Lex decimaſeptima.

**Verbum precibus.** Interlocutoria lata ſine cauſe cognitione nõ infamat. h. d. ¶ In tex. ſycophantiſtas, id eſt ſi eſt tergiuerſator, vel calumniator, ſecundũ omnẽ literam in gl. Not. ꝙ condemnatus de dãno dato, eo ꝙ comedit ficus, nõ eſt infamis. ¶ No. ꝙ

e iudex poteſt facere quaſdam experientias [e] pro inuentione maleficiĳ.

¶ Lex decimaoctaua.

**Non damna.** Tranſactio in cã famoſa irrogat infamiã: ſed non pcm gratuitũ, nec purgatio p iuramentũ. h. d. In text. cõſcientia. hoc vide. j. de adul. l. ſerui ob violatũ. ⁊ qd ibi no. videlicet qd ille qui ſe redi

f mit aporentiore, non videtur hoc facere ob malam conſcientiam [f]: ſed ob vexationem redimendam. adde quod no. ff. eo. l. quoniam.

¶ Lex decimanona

**Interlocutio.** Uerba gñalia non infamãt, vt qs reddat ad meliorem vitam. h. d.

1 ☞ Fenus quoddam olim erat licitum, quoddam illicitum.

2 Uſurariĳ an ſint infames.

3 Statutũ dictat ꝙ minor nõ põt ꝯhere niſi interſit vn⁹ conſanguineorũ q ſit bone fame. iſte ꝯſanguine⁹ fuit vſurari⁹. q̃rit an teneat contractus.

¶ Lex vigeſima.

**Improbũ fenus.** Oẽs vſurariĳ improbum fenus exercentes, ſunt in

1 fames. h. d. ¶ † Ad euidentiã eſt ſciẽdũ ꝙ olim qõdam fen⁹ erat licitũ, qõdã illicitũ: vt exigere vſuras vltra debitũ modũ. Hodie oẽ fenus eſt illicitũ, ⁊ phibitũ: ⁊ io tale fenus exercẽtes, ſunt infa

g mes ſm. Pet. Cyn. ⁊ Ja. bu. ergo omnis fenerator [g] repellit a teſtimonio. qd ẽ no. hoc ponit Cyn. ℂ. de epiſc. ⁊ cleri. l. ſi qs ad declinãdã. Item nullus fenerator hꝫ q̃relã inof. ꝯ teſtm̃. fr̃is turpẽ pſonã inſtituẽtis: cũ ipſe fenerator ſit turpis pſona: ar. j. de inof. teſt. l. i arenã. Itẽ ſi fenerator inſtituit, de inſtitutã turpis pſona: ⁊ io frater teſtatoris mouet q̃relã ꝯ eũ ſm

2 Ja. bu. ¶ † Quero hic, an vſurariĳ ſint ifames [h] ipſo fctõ, an ſit neceſſe ꝙ

h ꝯdẽnent de crĩe vſurarũ p diffinitiuã ſniam, ⁊ vĩ ꝙ ſit neceſſaria diffinitiua ſnia ex ſtã q̃ dt irrogãda, ⁊ nõ dt irrogata. ¶ Cõtrariũ determinat gl. ꝙ ipſo fctõ: quia q̃ ea tale ẽ fctm̃ ex q̃ nõ oritur actio famoſa, ſnia nõ ifamat. Sꝫ ꝯ vſurariũ ꝯpetit ꝯdictio indebiti q nõ ifamat: g ipoſſibile ẽ ꝙ ifamet p ſententiã, cũ g ex nrã dicat eũ ifame, oꝫ itelligi ipo iure nõ p ſniã, ita arguit

i gl. Ja dt ꝙ vſurari⁹ i exigẽdo vſurã ꝯmittit dolũ, ⁊ tenet crĩe ſtellionat⁹.

a ¶ Plorare. Uide Ang. in. l. ſed ſi quid inedificauerit. §. ⁊ ſi veſtimento rum. ff. de vſufruc.

b ¶ Uidua. Uide Bal. in. l. de conobis. ℂ. de epi. ⁊ cleri.

c ¶ Intra annum nubere. Pau. de ca. hic dicit ꝙ putat iſtam gl. veriorẽ eſſe: quia nõ ſpectat ad apoſtolicum, nec ad cõditorem canonis corrigere leges ciuiles, vbi nõn eſt queſtio de pctõ, ſꝫ moribus.

Ex quo crimine dãnatus ſit infamis. ar. ad hoc. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. credo gl. verius dicere: quia nõ credo ꝙ crimine ſtellianat⁹ tenea

d tur, cum agat ex promiſſione, ⁊ conſenſu partis, vñ non credo ꝙ veniat criminaliter puniendus: nec aliqua lex. h. d. ¶ Reſtat ergo ſolum ciuile remedium. i. condictio indebiti. ſꝫ iſta nõ infamat: vt. ff.

e de condi. inde. l. ſi non ſortem. in princ. ⁊. ff. de act. ⁊

k obli. g. l. ceſſat ignominia. In magno ergo piculo [k]

l ſunt vſurarĳ, maxime manifeſti [l]: quia etiã poſt ſniã peractam, ⁊ reſtitutionem vſurarũ remanent infames, cum infamia iam ſit inflicta: ⁊ ſic ſunt inhabiles ad teſtimonia, ⁊ dignitates, quod tene menti.

3 ¶ † Et hec faciunt ad queſtionẽ. dictat ſtatutum

m ꝙ minor non poſſit alienare [m], niſi interſit vnus de conſanguineis ſuis qui ſit bone fame. iſte conſanguineus fuit fenerator: querit an teneat contract⁹

f iſto adhibito factus. ⁊ videtur ꝙ non: quia vſurarius non eſt bone fame. Iac. bu. dicit ꝯtrariũ: quia intelligitur ſtatutum quod ſit bone opinionis ⁊ fame.

g ideſt quod ſit homo diſcretus, ⁊ cautus: ⁊ ꝙ nõ ſit dilapidator, nec diſſipator bonorũ ſuorum. feneratores autem ſunt huiuſmodi ſm Iacob. but. Ego credo contractum non valere: quia fenatores de facili ſunt corruptibiles, ⁊ non ſunt bone conditionis, nec fame, imo ſunt ſue fame pdigi. vt hic. ⁊ ita teneo.

¶ Quatuor. ⁊ melius per no. in. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. homi.

¶ Experientias. Et ideo poteſt facere quem manu ſua ſcribere, ſi negat ſcripturã eſſe manu ſua: vt ſic cõuincat eum de periurio, ⁊ falſitate, ſecundum Pau. de ca. hic.

¶ Conſcientiam. hoc eſt notãdũ, ſꝫ paul. de ca. nã iſto caſu non infamat.

¶ Fenerator. Intelligẽ tñ vt Bal. in. l. i. in. vĳ. qõ. in colũ. j. de teſtib. et vide q̃ ſequuntur in additione pxi.

h ¶ Infames. pau. de ca. hic dicit ꝙ ſi erat occult⁹ vſurarius, requiritur declaratoria, nõ tñ infamia oritur ex ſententia, ſꝫ ex crimine declarato p ſententiam: quia iſte eſt de caſibus, in qbus quis incurrit infamiam ipſo facto. vnde ſi aliqs vſurari⁹ fuit in teſtem acceptus, et poſtea fuit declaratũ ipſum eſſe vſurarium teſtimonium irritabit: quia tẽpore teſtimoniĳ erat infamis, ſecus in caſibus, in quib⁹ infamia orit ex ſnia. iuxta. l. j. ff. eo.

¶ Iacobus dicit ꝙ vſurarius. Not. ꝙ vſurari⁹ non videtur criminaliter puniend⁹. Tu põdera bene: quia peccat contra naturã: ergo debet puniri tanꝙ abutens natura. And. Barb.

¶ In magno ergo periculo. Not. ꝙ vſurarius etiam poſt pactã penitentiam remanet infamis, ⁊ ſic eſt inhabilis ad dignitates. vide Bar. in. l. palã. §. que in adulterio. ff. de ritu nup. ⁊ Bald. in rub. j. de vſur. ⁊ que ibi not. And. Barb.

¶ Lex vigeſimaprima.

**Si fratres tui.** Etas minor vt enim iſta inereretur: vt ipſo facto infamia non irrogetur ob artem ludicram, vel ioculatoriam. h. d. Et eſt arg. ꝙ licet ioculatores non debeant promoueri ad ordines: tamen debeat parci

i minoribus. caſus eſt hic. ¶ † No. in gl. hic poſita, quod lex vel ſtatutum ſentiens de maioribus, non habet locum in minoribus. facit. l. ĳ. ℂ. ſi aduer. de lic. ⁊. l. j. §. impubes. ff. ad ſyl a.

¶ Lex vigeſimaſecunda.

**Fidẽ rũpens.** ¶ Condẽnatus in actione pro ſocio de fide rupta, eſt infamis. h. d. ¶ No. gl. hic poſitam, qd omnis qui eſt in pctõ mortali, de iure canonico eſt infamis, qd dic vt ex. de teſtib⁹. c. teſtimoniũ. Bal.

¶ De procuratoribus. Rubrica.

1 ☞ Titulus mandati, ⁊ titulus de procuratoribus, qualiter differunt.

¶ Continuas vt in gloſ. ⁊ duo querit. primo, an ſit

i differentia inter aduocatum, ⁊ procuratorem. Et videtur ꝙ ſic: quia procurator colludens tenetur domino mandati: ſed aduocatus accuſatus de preuaricatione additur: quia differunt in alio: vt. l. rem non nouam. §. patroni. j. de iudic. ⁊ in alio: vt. ℂ. de teſt. l. fin. cum gl. Itẽ ⁊ circa etate: vt. ff. de poſt. l. j. §. pueritiam. Item procurator in perſona ſua, cõcipit verba ad vtilitatem tamen domini, ⁊ ipſum repreſentat. Aduocatus vero ſecundum Iac. but.

1 non. ¶ † Secundo queritur, que eſt differentia

k inter hunc titulum, ⁊ titulum mandati. Rñ. glo. qd ibi de procuratore ad negotia: hic ad lites. Itẽ

l ¶ Manifeſti faciunt. no. per glo. in. l. ĳ. §. lege iulia. ff. de teſtib. ⁊ in. l. q cum vno. §. ignominia. ff. de re mili. ⁊ gl. Innoc. in. c. ante pe. extra, de teſti. ⁊ etiam videtur tex. ⁊ gl. in. l. imperator. ff. de poſtulando. vbi videt ꝙ penitẽtia nõ excludit effect⁹ infamie. ⁊ vide Bal. in rub. j. de vſu. in. j. q.

m ☞ Alienare. Si ſtatutum requirit hominem bone conditionis ⁊ fame, quid iuris. vide per mod. in. c. ꝙ perniciofum. extra de vſu. ⁊ omnia iſta ſequitur Pau. de ca. hic. ⁊ vide Ja. bu. ⁊ Flor. in. l. iĳ. ff. de teſtib.

hic de officio procuratoris quo ad eius actum, ⁊ exercitium Ibi vero de reddenda ratione adminiſtratiõis per actionẽ mandati. Merito iſte titulus premittitur: ⁊ ille ſubſequitur: qꝛ prius officium geritur. poſtea vero redditur ratio geſtionis: vt. l. ii. j. de admi. tut. cum ſi. Item interdum quis eſt procurator, tamen actio mandati non oritur: vt quando non ſuſcipit gratis. ff. de preſcriptis verb. l. naturalis. §. pe. per hoc tamen non excludo id qd̃ legitur ⁊ notatur. ff. mand. l. ſalarium.

1 ☞ Dubium quando eſt de mandato, procurator admittitur cum cautione rati.
2 Cautio hoc nomen an intelligatur cum ſimplici cautione, vel dato fideiuſſore. ⁊ nu. 3. 4.
5 Cautio rati ſufficit in cõiuncta perſona, licet certum ſit ipſam non habere mandatum.
6 Cautio iudicatum ſolui preſtatur a reo, licet ſit certum procuratorem habere mandatum.
7 Cautio rati an poſſit mutari de partiũ cõſenſu.
8 Procurator ſi allegat mandatum an debeat ei dari dilatio ad mandatum producendum.
9 Et an ſufficiat teſtium probatio.
10 Et in cuius poteſtate eſt, vel procuratoris probare, vel aduerſarij cautionem exigere.
11 Procurator ſi oſtendit inſtrumenta principalia, an per hoc videatur habere mandatum.
12 Et quid ſi eſt plene probatum de mandato, ſemiplene vero de reuocatione mandati, an ſit neceſſaria cautio rati.
13 Procurator in rem ſuam debet plene probare mandatum.

a ☞ Et ceſſat cautio. Adde illud eſſe verum, niſi dubitaretur an iſtud mãdatum eſſet ſufficiẽs ad illam cauſam, vel an eſſet reuocatum: vt not. Paul. de ca. l. l. nõ ſolũ. §. q alieno. ff. eo. per. l. illud. §. j. ff. de dã. inf. de quo p Bar. ſoci. in ſuo trac. fallẽ. re. cccxvij. ⁊ Frã. aret. cõſi. cxxxv. Celſus.

¶ Lex prima.

CAutio ratihabitationis. Ubi dubium eſt de mandato, admittitur procurator cum cautione de rato. hoc dicit.
1 ¶ † Not. ꝙ dixi in ſummario. ¶ Item not. ꝙ per cautionẽ rati legitimatur procurator, ſicut per probationem mandati: concordat. ff. de dã. infe. l. inter quos. §. alieno. ⁊ adde quod no. in. l. iij. in prin. ff. rẽ rat. hab.
2 ¶ † Opp. dicitur hic ꝙ cautio ⁊c. contra verbũ cautionis ſimpliciter prolatũ intelligitur de ſimplici cautione: vt. j. de ver. ſig. l. ſancimus. ſed procurator nõ cauet ſimpliciter, ſed ſatiſdat: quia eſt ſtipulatio pretoria: vt. ff. de pre. ſtip. l. pretorie. Ergo litera loquitur improprie: qꝛ debuit dicere, ſatiſdatio. non autẽ debuit dicere, cautio. ¶ So. gl. rñ. ꝙ cautio eſt nomẽ verbale. qd̃ ponit actiue ⁊ paſſiue. ⁊ eſt nomen generis, qd̃ in ſe hꝫ tres ſpẽs. Nã. vna ſpẽs eſt ſatiſdatio ex pte cauentis. Alia eſt ſatiſacceptio, ex pte accipiẽtis. Tertia vero eſt cautio, ſtans in ſuo nomine. ⁊ iſta eſt cautio de qua loquitur lex contraria. Aut ergo nomẽ cautionis profertur reſpectu ſimplicis cautionis, aut reſpectu cautionis idonee, aut dubitatur. primo caſu ſufficit nuda cautio. i. ſine fideiuſſore, vel pignore, ſolennis tamen eſſe debet in forma ſui: vt. ff. de le. j. l. huiuſmodi. in prin. ⁊ ibi glo. ſecũdo caſu requiritur fideiuſſor, vel pignus: vt. ff. man. l. ſi mandato titij. §. ſi. tertio caſu, aut profertur a cognitione pretoris. ⁊ intelligitur de idonea: vt. d. l. pretorie. Aut profert a iure ciuili. ⁊ intelligit de ſimplici: vt. d. l. ſancimus. Si aũt ſit cautio nouiter introducta per ſtatutum: tunc lꝫ ſtatuta ciuitatũ ſint de iure ciuili: magiſtratus vero ſtatuta ſint de iure pretorio: tamẽ vtrobiqꝫ dico ꝙ aut iſta cautio redigitur ad inſtar pretorie, ⁊ debet ſatiſdare. Aut non redigit ad inſtar pretorie, ⁊ ſufficit nuda cautio: qꝛ nõ pertinet ad
3 vigorem iudiciorum. ar. d. l. ſancimus. ¶ † Secundo op. dicitur hic ꝙ cautio exigitur a procuratore. iſta verba innuũt ꝙ ipſe procurator exigat cautionem. cõtra. imo ipſe procurator preſtat cautionem: vt. ff. e. l. ſeruum quoqꝫ. §. ait pretor. So.

b ¶ Ut not. Azo in ſumma. vide Bar. in. l. j. §. ſi. qd̃ cuiuſqꝫ vniuer. no. An. Barb.

4 fateor ꝙ iſta verba intelliguntur paſſiue: ⁊ ſic non ob. ¶ † Tertio op. et vr̃ ꝙ procurator non caueat: vt. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. pe. So. ibi loquitur in procuratore conſtituto ad certum actum. ideo non cauetur. hic aũt dubitabat de mandato. ¶ † ¶ Quarto opp. ⁊ vr̃ ꝙ indiſtincte caueat: vt. ff. eo. ti. l. non ſolũ. §. qui alieno. So. illa diſtinguitur per iſtã. l. qd̃ tunc cauet, cũ de mandato dubitat. ¶ Quinto op. nam etiam vbi eſt certũ de mandato, dꝫ preſtari cautio: vt. ff. de mino. l. illud. §. ſi talis. ⁊ ff. de ope. no. nũ. l. de pupillo. §. qui remiſſionem. Sol. in legibus cõtrarijs conſtabat de mandato generali: tñ ibi requirebat mandatũ ſpeciale, de quo erat dubiũ: ideo interponitur cautio. ¶ Conclude ꝙ aut eſt certũ de mã
a dato ſufficienti: ⁊ ceſſat cautio[a]. Aut eſt dubiũ de mãdato ſufficienti, ſiue generali, ſiue ſpeciali: tũc qd̃ defficit, per cautionẽ rati, ſupplet. ff. de mi. l. qd̃ ſi de ſpeciali. ⁊ hoc eſt multũ vtile: qꝛ propter iſtã cautionem reſecant exceptiones procuratorie, q̃ cautio ſi non interponeret, diu opporteret ſu
5 per procuratorio litigare. ⁊ facit. ff. de admi. tu. l. quod vulgo. ¶ † Ulterius op. ⁊ videt ꝙ etiam lꝫ certũ ſit nõ eſſe procuratorem, tñ admittatur cautio rati: vt. j. e. l. exigendi. So. ibi eſt ſpeciale in cõiuncta pſona, vbi ſufficit cautio rati, licet certũ ſit ꝙ non habeat mãdatũ. Hoc intelligo ſi venit cõiũctorio nomine. ſecus ſi tanꝙ procurator: qꝛ tunc nõ legitimat pſonã cautionẽ rati, niſi dubitet de mãdato: ſic ergo diſtinguendũ eſt quõ cõpareat ⁊ ſub quo nomine. ar. no. ff. qui ſatiſd. cog. l. filius. in gl. ſi. vñ dicit vel hic pater ⁊c. nec iõ qd̃ lex admittat cõiunctã pſonã: nõ facit eam procuratorẽ: qꝛ lex nõ dat ſibi mandatũ, lꝫ concedat ſibi quandã facultatẽ experiundi: vt. ff. iud. ſol. l. iij. §. ſed ſi forte. nã ſi lex daret ſibi mandatũ: nõ eſſet neceſſaria cautio rati: qꝛ de mandato legis conſtaret. Itẽ actus cõiuncte perſone preiudicaret dño cũ tñ non pꝛiudicet, niſi habeat ratũ: vt. d. §. ſed
6 ſi forte. qui eſt not. ad hoc. ¶ † Ultimo op. qd̃ cautio preſtet etiã ſi certũ ſit de ſolenni ⁊ efficaci mandato: vt. j. de ſatiſd. l. j. Sol. ibi loquitur in procuratore rei quo ad cautionẽ iudicatũ ſolui. q̃ preſtatur, lꝫ ſit certũ de mãdato. ſecus in procuratore actoris, ⁊ cautiõe rati. Rõ differẽtie eſt: qꝛ cautio rati p mandatũ reddit inutilis. nã ille qui mandauit, dꝫ habere gratũ ⁊ ratũ. ff. de pcur. l. ſi procuratore abſentis. vñ litere mãdati, ⁊ litere de habendo ratũ, ⁊ gratũ, idẽ ſunt. Sed ex parte rei propter mãdatũ nõ reddit cautio inutilis: cum poſſit committi: vt. l. contraria, ſm Jac. but. ⁊ alios.
7 ¶ † Querit hic gl. an hec cautio poſſet mutari de partium cõſenſu. Dicit gl. qd̃ ſic. vñ partibus cõſentiẽtibus ſufficit, ſiue det pignus, ſiue fideiuſſor. Itẽ ſufficit quicũqꝫ fideiuſſor. Itẽ ſufficit etiã nuda cautio: qꝛ pretorie ſtipulationes poſſunt cõſenſu partiũ alterari. ff. de fideicom. lib. §. adijci. de colla. bo. l. j. §. iuber. ⁊ ff. de fideiuſ. l. qui ſatiſdare. cũ ſi. ¶ Sed q̃ro qñ dicat eſſe dubium de mandato. Rñ. gl. qd̃ ſit dubiũ per negationẽ. nã eo ipſo qd̃ aduerſarius negat mãdatũ, efficit res dubia, ⁊ hꝫ locum cautio rati: vt. j. qui ad liber. proclam. nõ li. l. ſi. Jac. de are. dicit qd̃ tunc dr̃ dubiũ de mãdato, qñ eſt ſemiplene probatũ de mandato. Si aũt nihil eſt probatũ: tũc non dicitur dubiũ: imo certũ eſt qd̃ nõ hꝫ mandatũ: qꝛ in iudicijs, qd̃ nullo mõ apparet, preſumit non eſſe in effectu. Dicit Inn. extra de proba. c. qm̃ contra falſam. vbi dicit qd̃ vbicũqꝫ procurator dicit veriſimiliter ſe habere mãdatũ: dr̃ eſſe dubiũ de mandato. ⁊ Cyn. alleg. hic Inn. Quõ ergo rñdet gl. negatio facit rẽ dubiã: ergo nõ requirit alia probatio. Rñ. Ja. bu. ꝙ quedam eſt dubietas, que inducit per ſimplicẽ negationem. ⁊ de iſta non loquit hic alias nunꝙ procuratori incũberet probatio mandati: ⁊ ſemper ſufficeret ſibi cauere de rato. nam aut aduerſarius confiteretur mandatum, ⁊ eſſet intentio procuratoris fundata: aut negaret: ⁊ tunc cautio ſufficeret qd̃ eſſet abſurdum. quedã vero eſt dubitatio quando iudex incipit credere per ſemiplenam probationẽ. ⁊ de iſta loquitur hic: nã vbi alias deferretur iuramentũ in defectum probationis, hic eſt inducta cautio rati: ⁊c. tũc ergo dicitur eſſe dubium, quãdo eſt ipſi iudici dubium: qꝛ nõ eſt ei plene probatum. ſed quando nihil eſt probatum: tunc non eſt iudici dubium: imo debet eſſe certum, ⁊ habere pro certo, ꝙ procurator non hꝫ mãdatũ: qꝛ illa que allegantur in iudicio ⁊ non apparent, habentur ac ſi non eſſent: vt. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tute. ſecundũ
8 Jac. butr. ¶ † Iuxta hoc quero, vtrũ procuratori allegãti mandatum debeat dari dilatio ad mandatum producendum. Jacob. de ra. ⁊ Petr. dicunt ꝙ nõ: qꝛ debet fundare perſonam ſuam per productionem mãdati. arg. j. de dila. l. ſi quando. Sed iſtud videt falſum. nam cum mandatũ
b poſſit probari per teſtes: vt no. Azo in ſumma[b]. S. mãd. in principio. Et probatur: qꝛ procurator poteſt cõſtitui per nuntium: vt. ff. e. l. i. §. j. ergo ad hoc probandum debet habere dilationem: vt. ff. de fer. l. oratione. Sol. dicunt iſti qd̃ mandatum procuratoris nõ poteſt probari per teſtes quo ad plenam probationẽ: ſed quo ad faciendam rem dubiam ſic. ⁊ hoc ſic probant: qꝛ iſti teſtes ſic recepti non preiudicarẽt dño. vnde nõ eſſet per hanc probationem conſultum aduerſario: nec eſſet fundata perſona in iudicio pro vtraqꝫ parte ſicut debet fundari. Ego dico qd̃ ſi procurator intentat mandatum, qd̃ dicit ſibi factum per ſcripturam: qd̃ temere facit ſi nõ producit mandatum: qꝛ anteqꝫ faciat partem citari, debet preparari probatio mandati. arg. ff. de iud. l. eũ quẽ temere. Concedo ergo qd̃ non dat ei hoc caſu dilatio, ſed tanꝙ temerarius cõdemnat in expenſis. ſi autem dicat ſe non habere probationem in promptu, ⁊ allegat aliquã iuſtam cauſam, propter quam principaliter non poſſit producere inſtrumentum: nõ video quare non debeat ſibi dari dilatio. ar. ff. de eden. l. pretor. §. ſi. ⁊ hoc quo ad primum punctum de dilatione: ſed quo ad ſecundum punctum.

An

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9 ¶ † An ſufficiat teſtiũ ꝓbatio. Dicit Jo. an. ꝙ aut eſt admiſſus ad pro
bandũ, ⁊ ſufficit ꝓbatio teſtiũ. ar. ff. iud. ſo. l. iã tñ. §. in hac. ij. aut aduer⸗
ſarius nõ vult eum admittere, cũ tñ iſte velit ꝓbare: tunc ſumus in caſu
dubij: ⁊ iõ hꝫ locũ cautio rati. ita dicit Jo. an. in addi. Spec. in ti. de ꝓ⸗
10 cu. §. rõne aũt forme. qð verũ credo. ¶ † Quero vlterius. in cuius ptãte
eſt, vel ꝓcuratoris ꝓbare, vel aduerſarij cautionem exigere. Gl. remittit
ad. l. nõ ſolũ. §. qui alieno. ⁊ ibi no. ff. e. ibi gl. dicit ꝙ eſt in ptãte ꝓcur. vel
plene ꝓbare, vel ſatiſdare. ⁊ alle. l. plerunqꝫ. in fi. de iur. do. Pe. dicit qð
illa lex parũ facit: qꝛ loquiť in alternatiua obligatione. ſꝫ hic non ſumus
in debito alternatiuo. Sꝫ ego rñdeo, qð ſumꝰ in facultate alternatiua,
11 ſꝫ nõ ſimus in obligatione alternatiua: ⁊ iõ glo. eſt vera. ¶ † Extra hoc
a queriť[a], quidã oſtendit inſtrumẽta principalia, nõ inſtrumẽta mandati:
nũquid per hoc videať habere mandatũ: dic vt. j. de pac. cõuen. l. fi. ⁊ ff.
de pac. l. labeo. ꝑ Gui. Credo qð nõ preſumať habere mandatũ. Fallit in
caſu ſpãli illius legis vltime: ꝑpter adminiſtrationẽ quã hꝫ maritus in
paraphernalibꝰ. Jtẽ quero, nũquid per oſtenſionẽ ſigilli preſumať man
datũ, ſicut ſunt quidẽ q habent ſigillũ dñorũ ſuorũ, aſſerentes ſe habere
mandatũ. Dicit Jo. an. ꝙ nõ: qꝛ ſigillũ nõ loquiť, nec aliquid apparet ꝑ
ſigillũ. Requiritur ergõ ſcriptura ſigillata. ⁊ adde quod no. ſ. de epiſ. ⁊
cle. l. ſi qua per calumniã. ⁊ quod legiť ⁊ no. j. de rebus alie. nõ alie. l. diſ⸗
12 trahẽte. ¶ † Jtẽ quero. quid[b] ſi eſt ꝓbatũ plene de mãdato: ſemiplene
b vero de reuocatione mãdati, vtrũ ſit neceſſaria cautio rati: Rñ. doc. qui
dam dicũt hic qð non: qꝛ plena ꝓbatio nõ eliditur per minus plenã ꝓba
tionẽ: vt. l. fi. j. de edi. diui adri. tollẽ. Alij dicunt cõtra: qꝛ illa lex loquiť
in cõtrarijs ꝓbationibus. ſꝫ iſte nõ ſunt cõtrarie: ſꝫ cõpatibiles: cum re⸗
uocatio ꝑſupponat mãdatũ ꝓceſſiſſe. Tu dic de iſta queſtiõe vt habes
in tex. ⁊ gl. extra de procu. c. ex inſinuatione. Jtem queriť hic, an ad exi⸗
gendũ ſufficiat cautio rati. Rñdeo, quedã eſt exactio verbalis: vt qñ pe
titur hereditas reſtitui: ⁊ hic ſufficit cautio rati: vt. l. qui ita. §. etiã. ff. ad
treb. Quedã eſt exactio realis: vt qñ ꝓcurator vult ſibi ſolui realiter. ⁊ õ
c facto: ⁊ nõ admittiť[c] cũ cautiõe: vt in auť. ỏ colla. §. eos. el. j. ¶ † Ex hoc
13 appet ꝙ qñ ꝓcurator aſſerit ſe ꝓcuratorẽ in rẽ ſuã: qꝛ tẽdit ad exigendũ,
qð iſtõ mãdatũ dꝫ plene ꝓbari, nec põt ſuppleri ꝑ cautionẽ rati. facit qð
no. ff. e. l. nõ ſolũ. §. q alieno. ⁊ vide h qð no. j. ỏ iuramẽ. calũ. l. ij. §. h etiã.

1 ☞ Maritus poteſt eſſe procurator vxoris.
2 Satiſdari debet iudicatum ſolui in cauſa appellationis. nu. 3.
4 Releuatio procuratoris an aliquid operetur circa cautionem rati.

¶ Lex ſecunda.

Cum rem. ¶ In cauſa pecuniaria vxoris cõpare⸗
re põt maritus legitime ſatiſdando ſiue
ſimus in cauſa principali, ſiue in cauſa appellationis. h. d. ꝭm
1 vtrãqꝫ lec. ¶ † Not. ꝙ maritus poteſt eſſe ꝓcurator vxoris.
Dicit gl. ꝙ nõ poſſit eſſe ꝓcurator. Qð eſt verꝫ generalis, ſꝫ ad litẽ ſic: vt
2 no. Rofre. in. l. maritꝰ. j. q da. tu. poſ. ⁊ vide. l. j. ff. ỏ excu. tu. ¶ † Scdo
no. ꝙ in cauſa appellatiõis dꝫ ſatiſdari iudicatũ ſolui. ¶ Cõtra hoc op.
nã cũ fuerit ſatiſdatũ in cauſa principali: ergo nõ eſt vlterius ſatiſdãdum
in cauſa appellationis, cum ſit vna cum prima: vt. j. ne in vna eadẽqꝫ cã.
in rubro ⁊ nigro. So. hec lex intelligiť quãdo in prima cauſa nõ fuit ſa⸗
tiſdatũ, vel quando in prima cauſa fuit ſatiſdatũ ſub tali forma, ꝙ non
extendit ſe ad cauſaꝫ appellationis: vt. l. cũ apud. iud. ſol. vel qñ defenſor
de nouo interuenit: vt. l. ij. j. de cõſor. eiuſ. li. Cy. tãgit hic aliqua de intel
3 lectu illius. l. cũ apud. declara vt no. ff. qui ſatiſ. cog. l. iulianus. ¶ † Vl⸗
timo Cy. refert hic opi. quorundã dicentiũ ꝙ in nulla cã criminali inter
uenit ꝓcu. qð falſum eſt: vt in. l. ſeruuꝫ quoqꝫ. §. publice. ff. eo. Adde qð
4 no. Jac. bu. in. l. fi. j. e. ¶ † Quero vtrum releuatio ꝓcuratoris operetur
aliquid circa cautionẽ rati. Reſpõdeo non: qꝛ aut conſtat de mãdato: ⁊
eſt ſuperflua, aut dubitatur de mãdato: ⁊ tunc ſimiliter dubitať de rele⸗
uatione: ⁊ tũc ſimiliter cautio eſt neceſſaria. nõ ob. inſti. de ſatiſ. §. ſi vero
aliquid. qꝛ loquiť de cautione de defendendo, ⁊ iud. ſo. vt in. l. j. j. de ſat.

1 ☞ Cauſa poteſt ſumere initium a citatione tutoris, curatoris, vel pro
curatoris
2 Tutor, curator, vel ꝓcurator, poteſt cogi reſpondere pro domino ſuo.
3 Reſpondere verbum, ponitur dupliciter.
4 Procurator ſuſpectus poteſt remoueri officio iudicis a procuratione,
ſeu actu.
5 Executoris officiũ ad pias cauſas, licet duret per annũ, ſi tamẽ interim
ſit contumax in aliquo iuſto precepto ſibi facto, põt per epm remoueri.
6 Procurator ſi fuerit contumax, ſit remiſſio contra dominum ex primo
decreto, ſecus autem ex ſecundo.
7 Cauſe cognitio debet interuenire in miſſione ex primo decreto.
8 Cogendus qualiter quis ſit ad adminiſtrandum.
9 Miſſio in poſſeſſionem, in quibus bonis ſit.
10 Contumacia procuratoris an noceat domino.

¶ Lex tertia.

Eum qui res. Procurator qui dñm nõ defen⸗
dit, ab adminiſtratione remouetť
⁊ nihilominus cõtra dñm ad miſſionẽ in poſſeſſionẽ ꝓcedit,
ordine iuris ſeruato. h. d. vel ſic. Non defenſo minore, ſit miſ⸗
ſio in poſſeſſionẽ bonorũ eius: ⁊ negligẽs defenſor ab adminiſtratiõe re⸗
mouetur. h. d. Ja. bu. vel ſic. Ex cõtumacia adminiſtratoris põt ipſe ab
adminiſtratione remoueri: vel cõtra principaleꝫ ad
miſſionem ex primo decreto perueniri. h. d. Bart.
1 ¶ † No. primo qð cauſa poteſt ſumere initium a ci
tatione tutoris, curatoris, vel procuratoris. De tu
tore ⁊ curatore eſt certũ: vt. l. j. §. ſufficit. ff. de admi
niſt. tu. Sꝫ an ab eo poſſit incipere. ſ. a procuratore
prima citatio: Gl. videť dicere qð nõ. de dolo ⁊ cõ⸗
tu. c. cãm. dicit enĩ ꝙ prius dꝫ citari dñs. Veritas
eſt ꝙ ſi conſtat de mãdato, ⁊ procurator acceptauit
mandatũ, ꝙ etiam prima citatio poſſit incipere a
procuratore: vt hic. Maxime abſente dño: vt. ff. de
adim. le. l. ſolen. ⁊ ibi per Ja. de are. Si aũt ꝓcura
d torꝰ[d] non acceptauit mãdatum: iſta citatio non eſ⸗
ſet facta de perſona legitima: qꝛ nondũ eſt ꝓcura.
facit qð no. in. c. is q. de ꝓcu. li. vj. ꝑ Arch. ⁊ Jnn.
2 ¶ † Not. ſecũdo ꝙ tutor, curator ⁊ ꝓcurator põt
cogi rñdere ꝑ dño ſuo. de tutore ⁊ curatore eſt cer⸗
tũ: vt no. in. l. ſi tutor. ff. ỏ aut. tu. de ꝓcuratore dico
idem ſi acceptauit mandatum: qꝛ officium procu⸗
ratoris eſt neceſſarium poſt acceptationem man⸗
3 dati: vt. ff. ꝯmodati. l. i cõmodati. §. ſicut. ¶ † Ter⸗
tio no. ꝙ verbũ reſpondere. poniť dupliciter. ſ. pro
ſoluere, ⁊ ꝑ cõparere. Jlle ergo q ꝓmiſit in aliquo
reſpõdere, videtur promiſiſſe vtrunqꝫ. qð eſt nota.
4 ¶ † Quarto no. mirabile, ꝙ ꝓcurator ſuſpectus
põt officio iudicis remoueri a procuratione, ſeu ab
actu. Aduerte, hic erat ſuſpectus propter contu⸗
maciam. merito iudex non poteſt claudere iuriſdi⸗
tionem ſuam: vt. l. ſed ⁊ ſi ꝑ pretorẽ. §. ſꝫ ⁊ ſi cũ de⸗
creto. ff. q. ex cau. ma. ſꝫ ſi eſſet ſuſpectus ꝓpter aliã
cãm: iſtõ nõ vꝫ ꝑtinere ad officiũ iudicis, ſꝫ ad offm̃
5 dñi: vt. ff. eo. l. q̃ ola. ¶ † Et hec lex eſt optimũ ar.
ꝙ ſꝫ offm̃ executoris ad pias cãs, duret ꝑ annũ: tñ
ſi interim eſſet cõtumax in aliquo iuſto ꝓcepto ſibi
fctõ ꝑ epm, ꝙ ſtatim poſſit remoueri a cõmiſſaria,
ex offõ epi, abſqꝫ nouo proceſſu. ff. de ſuſpe. tu. l. iij.
6 §. preterea. ⁊. l. fi. vbi pup. edu. de. ¶ † Quinto no.
ꝙ ex contumacia procuratoris ſit miſſio ꝯ dñm ex
primo decreto: vt hic. ſecus eſſet in ſecundo decre⸗
to: vt. l. hoc amplius. §. fin. cũ. l. ſeq. de dã. infec. ꝭm
Bar. alij dñt ꝙ ꝯtumacia ꝓcuratoris nocet domi
e no[e] etiã in eo qð ẽ deciſiuũ totiꝰ litis. ſicut ergo no
cet diffinitiua: ita nocet in ſecundo decreto: qꝛ hꝫ
vim diffinitiue. Jac. bu. in. l. j. §. ſi procurator. ſi qs
ius dic. non obtẽ. õt ꝙ q̃dã ſunt in qbꝰ geriť ꝑiudi
ciũ ex ficta ꝯtumacia: tũc ꝯtumacia procuratoris
nocet dño: qꝛ fingiť eſſe cõtumacia dñi: vt hic, ⁊. ff.
qñ ap. ſit. l. j. in fi. Quedã exigũt verã ꝯtuma. ſicut
mulcte adiectio, ⁊ excõicatio. in iſtis nõ ꝑiudicat
domino: vt. ỏ. §. ſi ꝓcurator. ꝑ Jac. ergo nec ſup eo
qð no. in. c. ij. de ꝯfeſ. li. vj. vbi etiã exigiť vera con
tumacia. alibi. ſ. in. l. ſi procurator. j. eo. õt ꝙ poſtqꝫ
procurator eſt factus dñs litis ꝑ cõteſtationẽ, vel
quaſi: tũc eius ꝯtumacia nocet domino: ſꝫ ante li⸗
tis cõteſt. nõ nocet, niſi qꝫtũ ad tedialẽ miſſionẽ: vt
hic. ar. ff. de except. do. l. apud celſum. §. q̃ſitũ. el. ij.
tu cõiũge ſimul has ſolutiões. ¶ Et cõclude, aut
requiriť vera ꝯtumacia, aut ficta. primo caſu nõ no
cet, niſi dñs eandẽ contumaciã participet, ſciens
morã procuratoris, ⁊ non purgans: vt. l. ij. de exac.
mili. anno. j. li. xij. ſecundo caſu aut poſt litẽ ꝯteſt. ⁊
nocet: vt. ỏ. l. j. in fi. aut ante li. ꝯte. tũc aut loqmur
de ꝑiudicio totali, aut de preiudicio tediali. primo
caſu non nocet: vt. ỏ. §. q̃ſitũ. ⁊. ỏ. l. hoc amplius. in
fi. cõiuncta. l. ſ. in fi. ff. vſufr. queadmod. ca. ſcðo ca⸗
ſu nocet: vt hic. ⁊ adde qð no. Jnno. extra vt lit. nõ
cõte. c. j. vbi omnino videas. Jtẽ adde qð legitur
7 ⁊ not. j. de his q. vt indi. l. polla. ¶ † Vltimo no.
f ꝙ in miſſione ex primo[f] decreto debet interuenire
cauſe cognitio: vt hic in verbo deliberabit, q̃ cauſe
cognitio conſiſtit in duobus. primo in ſummaria
probatione, que forte ſit per iuramentum petentis
arg. ff. ad exhi. l. theſaurus. Nam tractat de leui ꝑ⸗
iudicio. ſ. miſſionis ex primo decreto: ideo ſufficit

a ¶ Extra. An quis ꝑſumatur habere mandatum, ſi oſtendat inſtrumen
ta principalia, vide Bal. in. l. fi. C. de pac. cõ. ⁊ qð ibi no. Et põdera: quia
hic Bal. loquitur quando quis oſtendit, licet quando ꝓbaret traditio⸗
nem inſtrumentorum, non loquitur hec lex. ⁊ vide Bal. in. c. cum cauſa. ⁊
ibi gl. de off. deleg. Andr. Barb.

b ¶ Jtẽ quero qd. An per vnum te⸗
ſtem probetur re⸗
uocatio. Adde ꝙ
ſic, cum delatiõe iu
ramenti, vt eſt ca⸗
ſus ſing. in. d. c. ex
inſinuatione. vide
Bal. in. l. admonẽ
di. ff. de iureiuran.
Andr. Barb.

c ¶ Et non admit⸗
titur cũ cautione.
Vid Paul. de ca.
in. d. l. non ſolũ. §.
qui alieno. ff. e. de
quo eſt gl. in. l. hec
autẽ. que alle. d. l.
non ſolũ. ff. de ſo⸗
lu. not. Bart. ſozi.
in ſuo tra. fal. reg.
cccxvij. fallen. ij.
Poteſt autem eſ⸗
ſe ratio: quia ꝓcu⸗
ratori ad exigẽdũ
quis non tenetur
ſoluere. etiam ſi ꝓ
baret de mandato
per teſtes: niſi do⸗
ceat de procurato
rio: vt no. Alex. in
l. hoc iure. ff. de ſo
lu. ⁊ in. l. iij. ff. ſolu.
matr. Celſus.

d ¶ Si autem pro⸗
curator. d. An. in
d. ca. cauſam. dicit
ꝙ aut agiť de gra
ui preiudicio: tunc
ꝓcedit glo. ibi aũt
de leui: tũc poteſt
citatio incipere a
ꝓcuratore. Andr.
Barb.

e ☞ Cõtumacia ꝑ
curatoris domino
an noceat. not. in
c. j. extra vt lite nõ
cõteſt. ⁊ hec regu⸗
la habetur cum li⸗
mit. ſeu fallen. vj.
quas ponit Bar⸗
tho. ſozi. i ſuo tra.
fallen. re. cccxxxj. ⁊
Rapha. cuma. cõſ
v. in fi. ⁊ Feli. in. c.
j. col. iiij. vel nihilo
minus tene opin.
Abb. in. c. j. extra
vt li. nõ ꝯteſt. Cel.

f ☞ Ex primo. Ad
de ꝑ diſſolutione
huius verſi. Bar.
in. l. multum. ff. de
cõd. ⁊ demõ. eũdeꝫ
⁊ doc. in. l. cũ ꝓpo⸗
nas. j. de bon. auť.
iud. poſ. ⁊ in. l. ſi fi⸗
deiuſſor. §. fi. ff. qui
ſatiſd. cog. vbi di⸗
cit idem eſſe in ſe⸗
cundo decreto. no.
Jſte in addi. ad
Spec. in ti. de pri⸗
mo ⁊ ſecundo de⸗

ertio.vtt.ꝑ xpon.
Secu.coſt.xxxvij.
Celſus.

a ☞ Nunquid infa-
mis poſſit eſſe ꝓcu-
rator, tu dic ſaluo
intit.huius, quod
ſic de iure ciuili.
inſtit. de excep.§.
fi.qꝺ nō procedit in
curia romana: qꝛ
infamis nō pōt cu
riam romanam in
gredi, vt no. iſte in
l.ſꝫ ⁊ milites.§.ſcri
bit.de excu.tu.ff.ꝺ
quo poſui in apo.
ad Jac.rebuf.in.l.
ſi quis.la.iſt.nu.j.
ver.dignitate. vbi
plene per eū.j.de
decur.li.x. Doctū
non eſt verum de
iure cano. vt nota.
gl.⁊ Hemi.in.c.j.
iij.q.vij.gl.⁊ doct.
in.c.imperatorum
extra de iur. calū.
⁊.c.cum deputati.
de iudic. ita notat
Bart. in.l.j.ff.de
poſt. Celſus.

fides per iuramentum: vt in aut. de exhi. reis.§. ſi.vero quādam ꝯſiderata tamen qualitate perſone. Nā cū iſtud iurā non poſſit ꝓſtari niſi deferatur: deliberabit iudex an deferat, ꝯſiderato qualitate ꝑſone.ar.huius litere. Scꝺo ꝯſiſtit cauſe cognitio in ꝯtumacie perpēſiōe, dꝫ enim iudici conſtare de cōtumacia: vt.l.hec adſit.§.j.qꝺ.ex cau.in poſ.ea.⁊ l.iiij.in fi.iud.ſo. Et iō anteq̄ muſtus referat ſe citaſſe, lꝫ re vera citauerit: non pōt remanere tenuta, ſeu miſſio: qꝛ nō liq̄t ꝓtori de cōtumacia: iō nō pōt iudex de facto decernere aliquē in poſſeſſionē mittendum. Quia ignorans non poteſt deliberare. facit quod not. Bart. de condi. ⁊ demon.l. multum intereſt.⁊.ff.de reg.iur.l.in totū.⁊.ff.de eo q ꝓ tu.
8 l.quero.cū ſi. ¶ † Quero tria, primo, quō qs ſit cogendus ad adminiſtrandū. Dicit gl. ꝙ cogiꝛ cauſatiue: qꝛ ſi non defendit, remouetur ab officio. Ego dico ꝙ pōt cogi preciſe pignoribus captis. ⁊ mulcta indicta: vt.ꝺ.§.ſi procurator. vbi eſt text
¶ Scꝺo quero, qualis cauſe cognitio requiritur. Reſpond. plenaria, ſaltē per iuramentum: vt.ꝺ.l.
9 theſaurus, ſm Jac.bu. ¶ † Tertio quero in quibus bonis ſiet miſſio. Rūdeo in reali ⁊ hypothecaria in bonis omnibus que petunꝛ, ſiue quedā, ſiue omnia petanꝛ: ſꝫ in perſonali pro rata debiti, ⁊ expenſis tātū: vt not. hic. ⁊ in auꝛ. ei qui iurat.j.de bo. auꝛ. iud.po. No. iſtam glo: qꝛ in hypothecaria ſit miſſio ad inſtar realis, non ad inſtar perſonalis actionis. ⁊ adde quod not.j.de preſcript.xxx.ann.
10 l.ſi quis emptionis.§.pen. ¶ † Ultimo poſſet q̄ri de cōtumacia procur. an noceat domino. ⁊ dic vt dixi ſecundum Ja.bu.ſ. vno tantum membro addito ſecundum Bart.

1 ☞ Mulier non pōt virū defendere in iudicio.
2 Abſentia quotuplex ſit.

¶ Lex quarta.

**Q Uia abſente.** Nullo modo eſſe defenſum, vel non legitime, ſunt paria, et mulier non habet legitimā defenſionē mariti.h.ꝺ.vel ſic. Ex probabili ⁊ neceſſaria cauſa abſens, non legitime defenſus, reſtituiꝛ ad totā cauſam. Item mulier non admittitur ad defendendū virū, nec ad agendum pro eo, ſed ſi eſſet in
1 rē ſuā procuratrix, admitteretur.h.ꝺ. ¶ † No. ꝙ mulier non pōt virū in iudicio defendere. ¶ Item no. ꝙ q nō pōt agere ꝓ alio, nec defendere. ¶ Itē no. qꝺ mulier in rē ſuā pōt eſſe ꝓcuratrix etiam ex ceſſione mariti. ¶ Opp. diciꝛ hic ꝙ abſens ad totā cauſam reſtituiꝛ.i.defenſio corā eodē iudice ſibi redintegraꝛ. Contra imo ſententia eſt ipſo iure nulla: qꝛ fuit lata contra abſentem li. non conſtet. vñ nō v3.j.de temp. appel.l.ſi.§.illud. So. hic abſentauit ſe poſt li. ꝯteſt. ¶ Itē op. ꝙ male ar. tex. uā.q. formatur in muliere defendente, ⁊ ratio fundatur in muliere agente: ⁊ iſta ſunt diuerſa defendere, ⁊ agere: vt.l.j.j.de ſatid. Sol. bñ dicit text. ſi adūcias ei maiorem propoſitionē: ⁊ dicas ſic: quiſquis nō admittiꝛ ad agendū pro alio, propter cōditionē perſone, non admittiꝛ ad defendēdum. ſꝫ mulier non admittiꝛ pro alio, propter conditionē perſone ad agendum: ergo nec ad defendendum. ¶ Tertio opp. ꝙ non reſtituaꝛ ad totā cām, ſꝫ ad appellandū: vt.l.ſi.ff.de in integ. reſt. Sol. hic non fuit legitime defenſus, vbi vero fuit plene defen-
2 ſus. Jac.bu. deinde diſtingue vt in Szio. ¶ † No. ꝙ quedam eſt abſentia neceſſaria, ⁊ priuilegiata: quedā priuilegiata, ⁊ probabilis: quedā voluntaria ⁊ probabilis, ſed non priuilegiata: quedam eſt abſentia neceſſaria improbabilis ⁊ odioſa. Prima in milite. Scꝺa in ſcholari. Tertia in mercatore. Quarta in bannito, cuius delictum non meretur veniam.ff.de mino.l.pap. exuli. ⁊ proſequere membra vt not. in.ꝺ.l.vl. ¶ Ulterius op. ꝙ ſententia ſit ipſo iure nulla: qꝛ iſte erat abſens, ⁊ nō citatus. Item nec vxor potuit citari: qꝛ non erat legitima reſpōſalis: ſi ergo citatio fuit nulla: ergo ſententia eſt ipſo iure nulla. Rñ. hec lex fuit, ⁊ debet intelligi, quod fuit facta citatio ad domū de iſto

milite, vnde habetur pro ficto contumace: ⁊ ſic ſententia valeret, vero iure: ſed ſuccurretur per reſtitutionē in integ. facit.j.de anna. excep.l. vt perfectius. Si autem eſſet iſta mulier citata, ⁊ formata citatio in perſonā eius, ⁊ non in perſonam militis eſſet ſententia nulla ipſo iure, ſm Jacob. but. ¶ Extra opp. iſte miles qui ſe abſentauit ante lit. conteſt. debuit dimittere legitimum procuratorem: vt.ff. de legatio.l.eundem.§.j. ⁊ ſi non dimiſit, non debet reſtitui: vt.l. necnō.§.j.ff.qui.ex cau.ma. Rñ. ſupplendo hāc.l. qꝺ iſte miles fuit impeditus inſtituere procuratorem: vel qꝛ citius fuit abeſſe eo actus, vel qꝛ procuratorem non inuenit, vel forte dimiſit ꝓcuratorē, ⁊ ē mortuꝰ, ar.j.q pe.tut.l.cū a matribꝰ. ⁊ ita itellige. Pe.

1 ☞ Procurator actoris an debet defendere dominum, vel tantum cauere de defendendo.

¶ Lex quinta.

**A Ctionem.** Non admittitur quis ad agendum ꝓ alio, niſi pro quo agit velit defendere in cauſa reconuentionis.h.ꝺ. Uel ſic. In conſequentia mādati ad agendū venit defenſio, ſufficit ergo procuratorium ad agendū, lꝫ nō dicat ad defendendum.h.ꝺ. adde qꝺ no.ff.e.l.licet.§.defendere.⁊.§.pretor. vel ſic. Non reſpondenti ſuper recōuentione dꝫ actio de-
1 negari.h.ꝺ. ¶ † Opp. qꝺ nō debeat defendere, ſed cauere defendendo: vt l.ſeruum quoq̄.§.ait pretor.ff.eo. Sol. aut reus vult incontinenti reconuenire: ⁊ debet defendere. Aut non vult ſtatim reconuenire, ⁊ debet cauere: vt in contrario. ¶ Sed contra hoc opp. ſic: qꝛ ſi reus petit ſibi caueri, licet ꝓcurator, ſum paratꝰ defendere, agas: ar. vt in poſ.leg.l.is a quo. So. Aut reus habet in promptu iura ſua, ⁊ ſtatim debet recōuenire, aut non habet in promptu: ⁊ tūc preſtatur ſibi cautio de defendēdo: vt.ꝺ.l.ſꝫ hic Pet. dicit ꝙ nulla lege caueatur qꝺ debeat preſtari cautio, niſi mota reconuentione. ⁊ oblato reconuentionis libello: qꝛ tūc preſtatur cautio iudicatum ſolui: niſi procurator eſſet releuatus: vt.l.j.j.de ſatiſd. Nec cum in ſatiſdationem iud.ſol. includatur clauſula de defendendo: nō debis cauere de eodē. ¶ Iſtum paſſum examinat hic Cy. ⁊ credo qꝺ Pe. dicat verum: niſi reus ex iuſta cauſa differat reconuentionē: puta qꝛ vult preordinare ſibi probationes.ar.ff.de vſur.l.ſciendum. Credo tamen qꝺ iſta cautio debeat per iudicem moderari quo ad quantitatem, ⁊ quo ad tempus. ar. not.ff.de procu.l.omnium. ne ſit in poteſtate rei dicere qꝺ vult reconuenire in mille marchis auri: ⁊ de hoc petat fideiuſſorem, quē ſet impoſſibile procuratori inuenire. Nō eñ dꝫ iſta allegatio rei admitti: quia iudex debet arbitrari qꝺ petatur per calūniam. ⁊ ita intelligo Pe.

1 ☞ Accuſatus de crimine debet defenſioni ſue intendere, non alienā procurationem ſuſcipere.
2 Infamis an poſſit eſſe procurator.

¶ Lex ſexta.

**R Eum criminis.** Accuſatus de crimin' pendēte accuſatione debet ſue defenſioni intendere, nō alienam procurationem ſuſcipere.h.ꝺ.vel ſic. Accuſatus de crimine capitali, non poteſt eſſe alterius procurator.h.ꝺ. Uel ſic. Ille de cuius ſtatu propter capitale crimen
1 dubitatur non poteſt interim eſſe alterius procurator.h.ꝺ. ¶ † Quero que eſt ratio huius legis. Reſpondeo prout intelligitur in crimine capitali, eſt triplex ratio. Prima: quia idem operatur pendentia litis, qꝺ ſententia cōdemnatoria quo ad interdicendū officium.ar.ff.de excep.l. fundum. melius facit.ff.de mun.⁊ ho.l. reus delatus. ⁊ in.c.olim. extra de acc. Secunda ratio eſt: quia de eius ſtatu dubitatur, cum pendeat ex futuro euentu: ⁊ ideo non debet admitti vt procurator. Tertia ratio eſt: qꝛ debet p̄ ca capitali retineri in carcere: ideo non poſſit litem exequi: vt j.de accuſ.l.fin.⁊.l.ij.in fin.ff.de cuſto. reo. ſi vero intelligatur in crimine nō capitali, ratio legis eſt: quia lex vult ꝙ intēdat purgationi criminis, ⁊ non ſuſcipiat officium procuratoris. arg.ff.de pub.iud.l.ſi is qui reus. ⁊ per hanc.l. dicunt doct. ꝙ prelatus accuſatus de dilapidatione in curia romana, nō poteſt interim tanq̄ ſyndicus monaſterij agere, vel conuenti.
2 ri. qꝺ tene menti. ¶ † Extra quero nunquidª infamis poteſt eſſe procu-
